

I scr. 42 1^a, 31 2^a, 40 3^a, id est, præter 7. dies integros horas 17. scr. 0 1^a, 40 2^a, quæ à proxima συζυγία σινωδική duorum luminum antecedente præterierunt usq; ad initium dati anni. Vel, si reliquū arcum de toto circulo sexagenarum 4. part. 26, scr. 1 1^a, 26 2^a, 28 3^a, similiter distribuas in diurnum D à \odot recessum æqualem, inuenies dies 21. horas 19. scr. 43 1^a, 23 2^a, 11 3^a, quo nimirum spacio temporis proxima syzygia synodica consequitur illud ipsum initium dati anni.

Altera pars præcepti.

Et si non necesse est, utranq; harum syzygiarum diuisionis opera explorare, sed alteram earū subsidio præcedentis præcepti inuestigaueris multo compendiosius in hunc modum. Quia iam constat ab antecedenti synodo media, quæ incidit in Decembrem anni 1554. expleri dies 7. horasq; 17. cum scrupulis 0 1^a, 40 2^a, usq; ad initium dati anni, at tempus periodicæ syzygiæ inuentum est dierum 29. horarum 12. scr. 44 1^a, 3 2^a, 11 3^a, ab eo tempore ablati dies illi 7. horæq; reliquæ cum scrupulis ostendunt syzygiam proximam & primam anni dati 55. fieri plenis iam ab ipsius initio diebus 21. horisq; 19. ac scrupulis 43 1^a, 23 2^a, 11 3^a.

De temporibus ante diluuium.

Ad hunc igitur modum, si memoria tenes ea, quæ supra in præceptis subtractionis logistiques dicta sunt de Epochis retro constituendis, inuenies tempora mediarum syzygiarum ad datum mensem, cuiuscumq; dati uel assumpti anni, qui retro etiam uel diluuium antecessit.

Media \odot H & Z ante X^{isop} .

Alterum exemplum. Scire libet media \odot H & Z nouissima, quantum antecesserit initium annorum Domini. Aequalis longitudinis H , ut à prima stella Asterismi V , est sexagena 1. part. 6. scrup. 41 1^a, 51 2^a, 26 3^a, qui ablati ab æquali longitudinis Z motu sex. 2. partium 54. scrup. 14 1^a, 3 2^a, 25 3^a, relinquit superationem Z sexagenæ unius, partium 47. scrup. 32 1^a, 11 2^a, 59 3^a, quæ diuisa in superationem eorundem diurnam, quæ est scrupulorum 2 1^a, 58 2^a, 40 3^a, 16 4^a, 51 5^a, 25 6^a, ostendunt dierum sexagenas primas 36. ac dies 6. scrupulæq; 43 1^a, 36 2^a, 8 3^a, diei unius ferè, id est, dies 2 1 6 6. uel annos Aegyptios 5. diesq; 335. & reliqua scrupula. Tanto tempore ultima $\sigma\omega\delta$ \odot H & Z antecessit initium annorum Christi, quod tempus ablatum à tempore periodicæ syzygiæ eorundem patefacit similiter primam Synodon ab eodem initio factam esse plenis iam annis Aegyptijs 13. ac diebus præterea 3 4 1. scrupulisq; 48 1^a, 52 2^a, 20 3^a, unius diei, id est, anno decimoquarto, die quinto Nouembris, cum à media nocte antecedenti præterissent horæ 19. scr. 32 1^a, 56 2^a.

De canonibus condendis meo

Hoc constituto principio, cum & datum sit tempus Periodicæ syzygiæ cōdiderit Mathematicum studiosus sine magno labore canonem mediarum

mediarum